Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift



pinguat. et ipsa pinguedo de uisce
ribus hostie per crucem xpi extrahit. De
hoc sanguine uel adipe. legis lator
in cantico suo loquit. Constituit eum
super excelsam terram. ut comederet fructus
agrorum. ut sugeret mel de petra. ole
umque de saxo durissimo. butyrum de
armento. et lac de ouibus. cum adipe agnorum
et arietum filiorum basan. et hyrcos cum me
dulla tritici. et sanguinem uue biberent
meracissimum. SEQUITUR.

Sagitta ionathe nunquam redit re
trorsum. et gladius saul non est
reuersus inanis.

Sagitta ionathe. est oratio uel medi
tatio sancte ecclesie. qua uel hostes repel
lit. uel ad brauium supne uocationis in
tentionis sue acie dirigit. Que nunquam
retrorsum redit. quia oratio uel meditatio
sancte ecclesie. nunquam incassum cadit. Et gla
dius saul non est reuersus inanis. Gladius
saulis. est a xpo emissum uerbum predicatio
nis. Gladius saulis inanis non re
uertitur. quia sicut ds in ppha loquitur. uer
bum suum ad eum uacuum non reuertitur. sed in
his ad que miserit illud prosperabitur.

Saul et ionathas amabiles et decori
in uita sua. in morte quoque non sunt
diuisi. aquilis uelociores. leonibus
fortiores.

Xpc et ecclesia in illa celesti uita de
corantur. ubi a deo patre et sancto spiritu. per tres
actus huius uite laboribus in eternum collau
dantur. beatificantur. et glorificantur. In
morte quoque non diuiduntur. quia in huius
uite laboribus. caput et corpus abinuicem non
diuiduntur. sicut ipse xpc. persecutori suo
de celis intonans. per membris suis attes
tatur. Saule saule. quid me persequeris. Aqui
lis uelociores. leonibus fortiores. Per aquilas
maligni spiritus designantur. per subtilitatem
et agilitatem angelice nature ad nocendum
pernices. utpote in aere isto uolitantes. idem
designantur per leones. in domita ferocitate
circueuntes. et quem deuorare possint ex
plorantes. Sed xpc et ecclesia his aquilis ue
lociores. his leonibus fortiores. quia uel
xpc protegendo et iuuando. uel sancta ecclesia
orando et meditando. suis hostibus ma
lignis spiritibus. et hic et in futuro iudicio red
duntur superiores. Unde bene subditur.

Filie israel super saul flete. qui uestiebat
uos coccino in deliciis. qui prebebat
ornamenta aurea cultui uestro.

Dicit ppha sanctus. dicit per ppham sanctus spiritus.
filie israel super saul flete. Vos anime
fideles. ad uidendum deum oculos cordium
emundantes. super regem uestrum xpm flete. i.
debitas humanitati eius exequias. fletibus
et cantibus die noctuque exhibete. De hoc
fletu in zacharia dicitur. In die illa erit
planctus magnus in ierlm. sicut planctus
ad adremon. in campo mageddon.
Planctus proprie mortuorum dicitur. quia ubi
cumque agitur fletibus psalmodiis. et signorum
sonis celebratur. In die ergo diuine clementie.
qua scilicet filius dei in cruce pro salute humani
generis moritur. planctus magnus in ierlm.
idem in sancta ecclesia oritur. Planctus iste die
noctuque in sancta ecclesia agitur. cum passio redemp
toris nostri. nocturnis et diurnis horis. ym
nis et psalmodiis. uel missarum officiis
celebratur. Qui nimirum planctus. dicitur esse
sicut planctus ad adremon. Ad adremon.
testimonium sublimium interpretatur. Qui nam
sunt isti sublimes. nisi sancti pphe et apli. cano
nice scripture auctores et editores. Quorum
profecto testimoniis edocemur. quo studio. qua ui
gilantia. uel obseruantia. sacramenta
dominice passionis die noctuque ueneremur.